



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Cautela Confessarii Pro Foro Sacramentali Occasione
Decretorum S. M. Alex. VII. Innoc. XI. Et Alexandri VIII. ...**

Matthaeucci, Augustín

Francofurti Ad Moenum, 1711

§. VII. Contractus feudalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40684

§. VII.

Contractus feudalis.

45. **Q**uartur, quid sit contractus
feudalis?

Resp. *E*s contractus, quo dominium
utile rei immobilit datur alieni pro fideliti-
tate. & servitio personali, retento Dominio
proprietatis ab eo, qui rem dat. Differt
Feudum ab Emphyteusi.

Primò, quia in Emphyteusi in introitu
Emphyteuta domino principaliter solvit
quandam pecunia summan, non sic
Vassalus, dum feudum recipit; nam do-
minus directus exigit solum obsequium,
& fidelitatem personalem, quod si penso
reservetur, contractus erit mixtus ex Em-
phyteusi, & feudo.

Secondò, quia Emphyteuta debet sol-
vere pensionem tempore praefixo, etiam
non requisitus. Feudatarius autem non
debet solvere obsequium personale, nisi
id petatur a principali; & tunc, si illud
non exhibeat, amittit feudum: sicut cum
graviter offendit dominum, aut ipso est
ingratus notabiliter.

Tertio, si successor Feudatarii non
petit investituram, feudum etiam amittit.

§. VIII.

Contractus fidejussionis.

46. **Q**uartur; Quid sit fidejusso?

Resp. *E*s contractus, quo quis
sine pignore & hypotheca obligat accesso-
ri, & cash, quo debitor principalis non

*solvat, ad solvendam summan ab isto de-
bitam.*

47. **P**etitur. *Qua* sint onera fidejus-
soris?

Resp. *S*equentia; I. tenetur ad solven-
dam summan creditori, dum debitor
principalis non solvit, & ad compensan-
dum ipsius damnum ex dilata ultra pre-
fixum tempus solutione, ad quam debi-
tor erat obstrictus.

Secundò, post datum fidejussionem,
non potest disponere de bonis propriis
& equivalentibus debito, à debitore prin-
cipaliter dum soluto, nisi alios equiva-
lentes facultates habeant.

48. **D**ubitatur. *P*etrus fidejubet pro
debito, quod *F*ranciscus debet *P*aolo, sed
proper fidejussionem exigit a *F*rancisco,
vel quod ad suam officinam emat ferrum,
vel quilibet anno, quo fidejusso durat, sol-
vat duos aureos; petitur, antice id pos-
sit exiger?

Resp. *N*egativè, est utique contractus
fidejussionis licitus; at ubi apponitur
conditio, ut debitor solvat aliquid pretio
estimabile fidejussori, illicitus evadit:
Nam fidejusso est quædam mutuum species:
cum enim ipse fidejussor mutuum amico
dare non possit, alium per suam fidejus-
sionem rogare videtur ut de loco sui in
nautuo autem aliquid supra sortem reci-
piendum non est.

49. **P**etitur. *Qua* sint onera debitorum
pro quo fidejubetur?

Resp. *S*equentia. Primò, tenetur in-
demnum reddere fidejussorem de sua fi-
dejussione; qui solvens pro reo princi-
pali actionem habet contra ipsum ad re-
petendum omnem id, quod proprio solvit,
cap. *P*ervenit de fidejussoribus.

Secun-